

Rome, 24 décembre 1607. Décret des 3 card. Protect. du Coll. German.

Paravicini, Bellarmin et Borghese. 723 bis

Carolus Lautherius alumnus Collegii Germanici Diocoesis Constantiensis, magna indignatione, sine ulla rationabili causa commotus contra religiosum laycum Societatis Jesu, illum brachio apprehensum traxit, et admotis manibus ad caput in terram proiecit, ut testantur multi qui presentes fuerunt, quem etiam in terram proiec-tum calce petivit, sed supervenientibus famulis non attigit.

Attento delicto notorio, quod suprascriptus Carolus perpetravit percutiendo, et male tractando personam ecclesiasticam religiosam, et propterea incidit in excommunicationem, declaramus ex Collegio ~~ad~~ amovendum iuxta ipsius Collegii statuta, ac ideo eidem assignant terminum octo dierum ad discedendum ex ipso Collegio, et ex Urbe.

Datum Romae die 24. Decembris 1607.

- Oct/us Card/lis Paravic/us Protector.
- Robertus Card/lis Bellarminus Protector.
- Scipio Card/lis Burghesius Protector.

Rome, Coll. Germanic. Archiv. Romae n. LV fol. 197. Orig. signat. autog.

4e pag. au verso: Decretum Cardinalium Protectorum contra Carolum Lautherium.